

CDXX.

URBIS ET ORBIS

In facultate concessa benedicendi Coronas, Rosaria, Cruces, Numismata etc. et iisdem applicandi Indulgentias expresse dicitur, quod ab hujusmodi benedictione Sanctitas Sua rejicit Imagines sive impressas, sive depictas, nec non Cruces, Crucifixos, parvas Statuas, Numismata vulgo *Medaglie* nuncupatae quae ex ferro, stamno, plumbo, vel ex fragili materia facilisque consumptionis conficiuntur. Hinc proposito dubio huic Sac. Congregationi Indulgentiarum Sacrarumque Reliquiarum.

1.^o *An ab hujusmodi benedictione reiiciantur etiam Coronae seu Rosaria, quae ex ferro, stamno, plumbo vel ex fragili materia facilisque consumptionis conficiuntur?*

2.^o *Specialiter an possint applicari Indulgentiae Coronis ex vitro, seu christallo confectis?*

3.^o *An uni et eidem rei, puta, uni Coronae, possint applicari Indulgentiae diversae v. g. Indulgentiae dictae Apostolicae, et Indulgentiae dictae S. Birgittae.*

4.^o *An recitans alternatim cum socio Orationem, cui applicatae sunt Indulgentiae v. g. Coronam vel Salutationem Angelicam, dictam Angelus Domini possit lucrari Indulgentias huic orationi applicatas?*

Eadem Sac. Congregatio, auditis Consultorum votis, et re mature perpensa, respondit ad primum « Negative » ad secundum « Affirmative, dummodo globuli sint ex vitro solido, atque compacto » ad tertium « Affirmative, dummodo renoventur opera injuncta iterabilia » ad quartum « Affirmative ».

Factaque de his omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII per me infrascriptum Secretarium in Audientia habita die 29 Februarii, Sanctitas Sua votum Sac. Congregationis benigne approbavit. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis die prima Martii 1820.

B. CARD. NARO PRAEF.
Angelus Costaguti Secret.

CDXXI.

DITIONIS HOLLANDIAE

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII ex Paternae Charitatis officio quo universos fideles in Deo complectitur de aeterna eorum felicitate procuranda, quam maxime sollicitus; cum a Parocho Marquet Ecclesiae S. Petri Urbis Bullonii in Hollandiae Regno, expositum fuerit facultatem jam obtinuisse erigendi Confraternitatem in sua Parochiali Ecclesia sub titulo *Boni Pastoris* nuncupat. ad effectum orandi pro peccatorum salute; nec non obtinuisse nonnullas Indulgentias statutis diebus lucrandas, sed sicuti fideles in aliis Parochiis seu locis existentes Indulgentias praefatas lucrari minime possint, ob clausulam in concessionibus appositam de visitando Ecclesiam ubi Confraternitas praedicta reperitur erecta; hinc humillimis precibus Oratoris, Sanctitas Sua benigne annuens, omnibus Confratribus ac Consorioribus praelaudatae Confraternitatis, canonicae tamen erectae adscriptis ac in posterum adscribendis, qui legitime impediti, vel ob locorum distantiam Ecclesiam Parochialem, in qua Confraternitas erecta reperitur statutis diebus visitare nequiverint, clementer indulset, ut easdem omnes et singulas Indulgentias quibus gaudent coeteri Confratres, et Consoriores, lucrari possint et valeant, dummodo ommissa visitatione praedictae Parochialis Ecclesiae, diebus quibus Indulgentiae concessae reperiuntur, visitent Ecclesiam quaecumque unjuscujusque arbitrio eligendam, et alia pia opera a Confessario injungenda fideliter ac devote exequantur. Insuper Indulgentias partiales jam obtentas in quatuor festivitibus, videlicet Nativitatis B. M. V., Conversionis S. Pauli, S. Francisci Xaverii, et S. Monicae ad Indulgentiam Plenariam incipiendam a primis vespers usque ad occasum solis praedictorum festorum, dummodo Christifideles vere poenitentes, confessi ac S. Communionem refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, benigne extendit. Praesenti perpetuis futuris tem-

poribus valituro, absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulg. die 21 Martii 1820.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXII.

URBIS ET ORBIS

Cum in concessionibus Indulgentiarum, nonnullae pro earum consequitione, generaliter apponi soleant conditiones, juxta veterem praxim et intentionem Summi Pontificis concedentis, quibus non adimpletis, Indulgentiae praefatae lucrari nullatenus possunt. Hujusmodi est aliquarum Indulgentiarum concessio, quam Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII elargitus est cum extensione ad totam octavam festi. Hinc oriuntur infrascripta dubia, quae Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae explicanda proponuntur. Videlicet 1.^o *An cum inter caeteras conditiones praescriptas, auditio Sacri Solemnis requiratur; istud vero diebus feriatis infra octavam, exceptis Cathedralibus Ecclesiis, vix alibi, praesertim Ruri celebrari soleat; Indulgentiae hae diebus infra octavam feriatis, caeteris conditionibus adimpletis, auditione etiam Missae lectae, et non solemniter lucriferi possint?*

2.^m *An ex intentione Concedentis per Solemne Sacrum juxta Lyrurgistas, Sacrum cum thurificationibus et assistentiis intelligi debeat?*

3.^m *An Sacrum Cantatum prout Ruri in Ecclesiis Parochialibus diebus Domini, et festis absque praedictis ritibus celebrari solet sufficiat?*

4.^m *Qui sit super his Romae sensus et quae consuetudo?*

Eadem S. Congregatio auditis Consultorum Votis, et re mature perpensa, respondit

Ad 1.^m Negative, et consulendum Sanctissimo pro declaratione, vel extensione appositae conditionis, ad Missas lectas in diebus, Ecclesiis et locis, in quibus Missa cum cantu non celebratur.

Ad 2.^m Consulendum Sanctissimo.

Ad 3.^m Provisum in antecedentibus.

Ad 4.^m Sensus est quod ad lucrandas Indulgentias implendae sunt conditiones appositae, et haec nedum Romana consuetudo, verum etiam est Regula ubique servanda.

Factaque de his omnibus relatione Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. VII in Audientia habita die 21 mensis Martii anni 1820 per me infrascriptum Secretarium; Eadem Sanctitas Sua Congregationis Votum benigne approbavit, et insuper quoad primum et secundum concessit et declaravit, quo ad effectum lucrandi Indulgentias in casu appositae conditionis, ubi cantatur Missa sine Sacris Ministris, nec adhibitis thurificationibus satis erit, huic assistere, et audire Missam lectam in diebus, Ecclesiis et locis, ubi Missa cum cantu minime celebratur.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulg. die 11 Aprilis anni 1820.

B. CARD. NARO PRAEF.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXIII.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote infrascriptam Orationem in quocumque idiomate, dummodo versio sit fidelis, et ab Ordinario loci approbata cum quinque *Pater, Ave* et *Gloria* recitaverint Indulgentiam tercentum dierum, semel in qualibet die acquirendam benigne concessit. His vero qui quotidie infra mensem eandem Orationem recitare de more habuerint Plenariam Indulgentiam in una ex ultimis tribus singulorum mensium diebus, uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communionem refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est elargitus, cum facultate easdem Indulgentias applicandi in suffragium fidelium defunctorum. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expe-

ditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Augusti 1820.

B. CARD. NARO PRAEF.
Angelus Costaguti Secret.

ORAZIONE

IN MEMORIA DELLA PASSIONE E MORTE DEL N. S. G. C.

CHE PER INTELLIGENZA DI TUTTI

SI DA' TRADOTTA ANCHE IN LINGUA ITALIANA

Deus qui pro Redemptione mundi voluisti nasci, circumcidi a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annae, Caiphae, Pilati et Herodis indicenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis, et opprobriis vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi, arundine percuti, facie velari, vestibus excui, Cruci clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle et aceto potari, et lancea vulnerari. Tu Domine per has sanctissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo et per S. Crucem et mortem tuam libera me (1) (et hunc famulum tuum N. agonizantem) a poenis inferni et perducere digneris quo perduxisti latronem tecum Crucifixum, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

Addantur quinque Pater, Ave et Gloria.

Signor mio Gesù Cristo, che per redimere il mondo, voleste nascere tra noi passibile e mortale, essere circonciso, riprovato e perseguitato dai Giudei, tradito da Giuda vostro discepolo con un sacrilego bacio, e qual' Agnello mansueto ed innocente con funi legato ed obbrobriosamente trascinato ai tribunali di Anna, Caifasso, Pilato ed Erode, voleste da' falsi testimonii essere accusato, straziato dai flagelli, e coronato di spine, percosso con schiaffi, insultato con sputi, e velato per ischernò il vostro divin volto, in mille guise vilipeso oltraggiato, saziato

(1) Si deprecabitur pro aliquo agonizante.

di obbrorii e d'ignominie, e finalmente spogliato delle vesti, confitto ed elevato in Croce tra due infami ladroni, abbeverato di fiele, ed aceto, e con una lancia trafitto, consumar voleste la grande opera della nostra Redenzione. Deh pietosissimo mio Redentore per quelle tante e sì atroci pene da Voi per amor mio tollerate, e che io benchè indegnissimo vado rimembrando, e per la S. Croce e morte vostra amarissima liberate me dalle pene dell' Inferno (1) (e questo vostro servo N. Agonizzante) e degnatevi di accogliermi in Paradiso ove conduceste il pentito ladro crocefisso con Voi, o mio Gesù che col Padre e collo Spirito Santo regnate Dio per tutti i secoli de' secoli e così sia.

Si aggiungono cinque Pater, Ave e Gloria.

CDXXIV.

UTRIUSQUE REGNI SICILIAE

Ad humillimas preces nonnullorum Episcoporum Parochorum et Rectorum utriusque Siciliae Regni Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne annuens, ut erga S. Stanislaum Kostkam fidelium devotio eorumque pietas incrementum suscipiat, omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere poenitentibus, confessis ac S. Communione refectis qui in festivitate S. Stanislai Kostkae unam ex Ecclesiis, seu publicis Oratoriis totius utriusque Siciliae Regni in quibus eadem festivitas celebrabitur devote visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, Plenariam Indulgentiam incipiendam a primis vespere usque ad occasum solis ipsius diei; ac septem annorum totidemque quadragenarum Indulgentiam in unaquaque ex decem Dominicis praelaudatam festivitatem immediate praecedentibus, benigne concessit. Insuper ipsis Christifidelibus, Novendiali, supradictam festivitatem immediate praecedenti corde saltem contrito ac devote interessentibus, ac ut supra orantibus, centum dierum Indulgentiam, semel tantum in die acquirendam clementer est elargitus. Praesenti in perpetuum

(1) Quando si vorrà pregare per un agonizzante.

et pro utriusque Siciliae Regno tantum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 3 Aprilis 1821.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXV.

URBIS ET ORBIS

Ad humillimas preces nonnullorum Ecclesiasticorum, ac piorum Virorum Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII benigne annuens pro gratia, facultatem impertitus est, ut infrascripta Oratio quocumque idiomate (dummodo tamen versio sit fidelis) typis imprimi et publicari possit. Insuper omnibus utriusque sexus Christifidelibus eandem orationem quocumque pariter idiomate ante Imaginem Sanctissimi Crucifixi corde saltem contrito ac devote recitantibus, easdem omnes et singulas Indulgentias a sa. me. Clemente VIII concessas et a Benedicto XIV, nec non ab Eadem Sanctitate Sua confirmatas, cum iisdem jam appositis conditionibus clementer est elargitus. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris absque ulla Brevis expeditione.

ORAZIONE AL SANTISSIMO CROCIFISSO

DA RECITARSI AVANTI QUALUNQUE SUA IMMAGINE

Eccomi o mio amato buon Gesù che alla santissima vostra presenza prostrato, vi prego col fervore più vivo a stampare nel mio cuore sentimenti di Fede, di Speranza, di Carità e di dolore de' miei peccati, e di proponimento di non offendervi mai più, mentre io con tutto l'amore e con tutta la compassione vado considerando le vostre cinque piaghe cominciando da ciò che disse di Voi, o mio Dio, il S. Profeta David « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea ».

Chiunque confessato e comunicato reciterà la sudd. orazione al Santissimo Crocifisso avanti a qualunque sua immagine, pregando per i bisogni della S. Chiesa potrà conseguire l'Indulgenza Plenaria e la liberazione di un'anima dal Pur-

gatorio. La sa. me. del Papa Clemente VIII concesse tale Indulgenza, la quale fu confermata dal Papa Benedetto XIV, ed il Sommo Pontefice Pio VII nel 1807 vivae vocis oraculo, di nuovo la confermò, volendo che per il conseguimento di detta Indulgenza si aggiungesse la condizione (che prima non era espressa) della Sacramental Confessione e Comunione, come si è sopra notato, e diede facoltà allo stampatore della R. C. A. Lazzarini di promulgarla colle sue stampe, come fece nello stesso anno 1807.

ORATIO AD D. N. JESUM CRUCIFIXUM

Quam qui ante quamcumque ipsius imaginem recitaverint plenariam peccatorum remissionem lucrari poterunt, atque animam unam a Purgatorii igne liberari sicut Christifidelibus concesserunt Clemens VIII, Benedictus XIV, ac vivae vocis oraculo Pius VII, addens conditionem ut quisque sua antea peccata confiteatur, et Sacra Synaxi reficiatur.

En Ego o bone et dulcissime Jesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro, atque obtestor, ut meum in cor vividos Fidei, Spei et Charitatis sensus, atque veram errorum meorum poenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere, dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero, et mente contemplor, illud prae oculis habens, quod jam in ore ponebat suo David Propheta « Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea ».

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Aprilis 1821.

G. CARD. AB AURIA PAMPHILJ PRAEF.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXVI.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII cupiens ex pastoralis officio et charitate animarum salutis quantum cum Deo

potest paterne consulere, ac fideles libentius ac ferventius in bonis ac piis operibus exercendis insistere, quo uberius spiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet et peccatorum remissionibus eos noverint esse refectos de omnipotentis Dei misericordia confisus: omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui infrascriptam Orationem, una cum tribus *Salve Regina*, ad B. M. V. potentissimae Dei Genitricis auxilium implorandum corde saltem contrito et devote recitaverint, Indulgentiam tercentum dierum in qualibet die semel lucranda benigne concessit. Iis vero Christifidelibus, qui quotidie per mensem pium hoc exercitium peregerint, Indulgentiam Plenariam in una infra mensem die uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, peramanter imperlitus est, cum facultate supraenunciatas Indulgentias in suffragium fidelium defunctorum applicandi. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 15 Maii 1821.

Angelus Costaguti Secret.

ORAZIONE

O Madre di Dio Maria Santissima quante volte io per i miei peccati ho meritato l'Inferno; già la sentenza forse al primo mio peccato sarebbe stata eseguita, se Voi pietosa non aveste trattenuto la divina Giustizia. E poi vincendo la mia durezza, mi tiraste a prendere confidenza in Voi. Ed, oh! in quanti altri delitti appresso forse io sarei caduto ne' pericoli che mi sono occorsi, se Voi Madre amorosa non me ne avete preservato colle grazie che mi avete ottenute. Ah Regina mia, che mi gioverà la Vostra Misericordia ed i favori che mi avete fatti, se io mi danno? Se un tempo non vi ho amato, ora dopo Dio vi amo sopra ogni cosa. Deh! non permettete che io abbia a voltare le spalle a Voi e a Dio, che per vostro mezzo tante misericordie mi ha dispensate. Signora mia ama-

bilissima, non permettete che io v'abbia ad odiare e maledire per sempre nell'Inferno. Soffrirete voi di veder dannato un vostro servo che vi ama? O Maria, che mi dite? Io mi dannerò? Mi dannerò se vi lascio; ma chi avrà più cuore di lasciarvi? Chi potrà scordarsi dell'amore che Voi mi avete portato? No che non si perde chi a Voi con fedeltà si raccomanda, ed a Voi ricorre. Deh! Madre mia, non mi lasciate in mano mia ch'io mi perderò; fate che io sempre a Voi ricorra. Salvatemi Speranza mia, salvatemi dall'Inferno, e prima dal peccato, che solo può condannarmi all'Inferno.

Tre *Salve Regina*.

CDXXVII.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII animarum saluti quam maxime consulere desiderans et ut Sanctissimum Jesu Nomen quod est super omne Nomen, in quo est vita, salus, et resurrectio nostra, per quem salvati et liberati sumus ab omnibus saepe saepius in corde et in ore retineatur ardentissime cupiens, universis utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote Psalmos Sanctissimum Jesu Nomen in initialibus litteris componentes una cum Hymnis, Antiphonis et Oratione per integrum mensem recitaverint; praeter Plenarias et Partiales Indulgentias jam concessas, et sub die 13 Junii 1815 ab Eadem Sanctitate Sua confirmatas, Indulgentiam Plenariam fidelibus quoque defunctis applicabilem ad duos alios dies videlicet in festo Jesu Nazareni, et in festo Circumcisionis D. N. J. C. dummodo iisdem diebus vere poenitentes, confessi ac S. Communione refecti fuerint, et per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, in perpetuum valituram peramanter extendit absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 13 Novembris 1821.

G. CARD. AB AURIA PAMPHILI PRAEF.

Angelus Costaguti Secret.

CDXXVIII.

Beatissimo Padre

I Religiosi Agostiniani del Convento di Roma in S. Agostino umilmente rappresentano alla S. V. venerarsi nella loro Chiesa una divota Imagine di Maria sotto il titolo del Parto alla quale un numeroso concorso di popolo si porta a visitarla per le continue grazie che ne riceve. Per maggiormente infervorare la divozione ed accrescerne il culto supplicano la S. V. a degnarsi di concedere l'Indulgenza a chiunque visitandola le bacierà il piede.

URBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius PP. VII omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui corde saltem contrito ac devote pedem B. M. Virginis de qua in precibus, osculati fuerint, ac juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint; toties Indulgentiam quadraginta dierum ab unoquoque acquirendam benigne concessit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Maii 1822.

Pro R. P. D. B. Ugo Secret.

Petrus Can. Torraca Substitutus

CDXXIX.

URBIS ET ORBIS

Cum non pauci ad hanc Sacram Congregationem Indulgentiis, Sacrisque Reliquiis praepositam supplices libelli porrecti fuerint, praesertim e Gallia ob Confessariorum inopiam, pro obtinenda facultate Sacramentalem Confessionem peragendi per plures dies ante Eucharisticam Communionem ad Indulgentias acquirendas praescriptam; nec non ut explicetur, an ad easdem lucrandas liceat Sacra Synaxi refici in pervigilio diei festi, pro quo declarantur concessae; eadem Sac. Congregatio habita in Palatio Quirinali sub die 15 Aprilis proximi praeteriti, auditis

Consultorum votis, omnibusque mature expensis, censuit licere ad praefatum effectum Eucharistiam sumere in pervigilio festivitatis: quo vero ad petitam explicationem respondendum censuit.

Firmo remanente Decreto 9 Decembris 1763 pro iis fidelibus, qui ad Confessionem saltem semel in hebdomada accedunt: pro caeteris autem fidelibus, in locis, in quibus ob inopiam Confessariorum nequeunt fideles frequenter Confessione Sacramentali expiari; postulantiis communicetur dictum Decretum, et facto verbo cum Sanctissimo extendatur ad omnes utriusque sexus Christifideles, unde confessio peracta infra hebdomadam ante festivitatem suffragari possit ad Indulgentiam lucrandam, expletis aliis conditionibus injunctis, et dummodo nullius lethalis culpa post peractam Confessionem commissae conscii sint, nihil innovando circa Indulgentias ad formam Jubilaei concessas, ut in citato Decreto 9 Decembris 1763.

Factoque verbo cum Sanctissimo in Audientia habita per me infrascriptum Secretarium die 11 Junii 1822, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis votum benigne approbavit, ac publicari mandavit. Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sac. Congregationis Indulgentiarum die 12 Junii 1822.

G. CARD. AB AURIA PAMPHILJ PRAEF.

Pro R. P. D. Bernardo Ugo Secret.

Petrus Canonicus Torraca Substitutus

CDXXX.

VITERBIEN

Quamvis quaelibet Sanctorum Corporum pars veneratione colenda sit « *haec est enim Sanctorum gloria, quorum etsi per Universum Mundum seminetur in cineribus portio, manet tamen integra in virtutibus plenitudo* » nihilo tamen secius major solet esse fidelium devotio erga integrum alicujus Sancti Corpus, aut Ejusdem membra praecipua; An autem haec inter enumeranda sint Faemoris Ossa, ut veluti Reliquia insignis habeatur, a Capitulo, et Canonicis Collegiatae Ecclesiae SS. Luciae, et Fau-